& videbis verum motum in zodiaco qđ fuit optatum. ¶ Verum in Anno biſſextili pro vigeſimo nono die Februarij ad primam Martij, & pro prima Martij ad ſecundam eiuſdem, & pro ſecunda, ac tertiam, & ſic deinceps vſq; ad exitũ anni tranſire oportebit. ¶ Exemplaris computatio certiorem te reddet. Offert mihi Annus Chriſti 18 currens ſup̄ milleſimũquingẽteſimũ, & eiuſdẽ anni dies 10 Auguſti, ad cuius meridiem Iubeor numerare verum locũ lunæ in zodiaco, Cum numero igitur Annorum Chriſti ſcilicet 1518 ingredior tabulam radicum lunæ, & : e : directo offendo radices lunares quas extra in abaco ſcribo in hunc modum.

L
M

Mot' lũe medi'			Centrũ lune			Argu. Lũe mediũ			
S	G	m̃	S	G	m̃	S	G	m̃	
5	1	42	2	25	0	1	29	31	Radices

¶ Cum decimo autem die Auguſti oblato intro Calendarium, & ad eius ſedem verſus dextram inuenio tres motus lunares, quos radicibus ſubſcribo, quemlibet tamen ſub ſuo genere, Et ſtabunt omnia in hac ſerie.

Mot' lũe medi'			Cẽtrũ lune			Argu: lũe mediũ			
S	G	m̃	S	G	m̃	S	G	m̃	
5	1	42	2	25	0	1	29	31	Radices
1	15	10	0	12	42	0	20	26	

¶ Addo numeros ſubſcriptos ſuperioribus, & colligo motus Lunares ad meridiem Decimi diei Auguſti ſm̃ hanc formulam.

Mot' lũe medi'			Centrũ lune			Argu: lũe mediũ		
S	G	m̃	S	G	m̃	S	G	m̃
6	16	52	3	7	42	2	19	57

¶ Centrum lunæ ſcilicet 3 S: 7 G: & 42 m̃: cõputo in zodiaco inſtrumenti a principio Arietis, & ad finem eius extendo filum centri: e : promoueo q; nodulũ ad eccentricum lunæ, & in æquatore argumenti lunæ ad ſitum fili habeo æquationẽ 12 graduum & 30 fere minutorũ cum nota addictionis, Quã addo medio argumento lunæ, & procreo verum & æquatum, hoc. 3 S: 2 G: 27 m̃. id autem Argu: verum ſupputo in zodiaco Inſtrumenti & ad eius exitum extendo filum centri e: Et aliud filum ex: c: egrediens duco per centrũ aut medium noduli vſq; ad æq̃torẽ Lunæ, & abſcindit de æquatore Equationẽ 6 graduum & 15 fere minutorũ cum titulo minue. Qua a medio loco Lunæ detracta remanet verus locus lunæ ſcilicet 6 S: 10 G: 37 m̃: Eſt igitur luna in libra 10 Gradu, 37 minu: qđ fuit optatum. Haud diſſimiliter pro alijs diebus operor. ¶ Hic etiam illud nos ſcire cõuenit: meridianorũ differẽtiã in motu lunę ꝓpter eius celerẽ curſum compluries ſenſilem generari variãtiã. Quocirca ſi alıubi q; in opido Tubingenſi degas: Ingredere abacum regionũ, principatuũ &c̃ & tempus tuę habitatiõi aut viciniori ad ſcriptũ cũ nota A vel M animaduerte: qđ in motũ lunæ, hoc pacto (vt paucis dicatur) cõmutabis: Quot minuta horę dimidiũ tp̄is animaduerſi habuerit: tot minuta motus lunæ accipe: que minutis veri loci lunæ per ſupputationẽ inuentis adde: ſi nota tẽporis fuerit, m, aut minue ſi nota tp̄is fuerit: A: Facta igiẽ huiſce modi additione aut minutione habebitur locus Lunæ verus ad opidum propoſitum, ac ſi omnis computatio ad meridianum eiuſdem oppidi directa foret,

N

¶ Verbi gratia, motum lunæ verũ 6 ſignorum, 10 graduũ & 37 minutorum

O